



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 99. Franciæ Regina ritu solemni inaugurata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67222

mam peteret, facile summi Pontificis Sæc. XVII.
opera Henrico Regi reconciliandus: A.C. 1610.
ast illis Princeps reposuit, quod in Pon-
tificis constantia ac fortitudine parum con- Rigant.
fideret, eoquod eum non sine ignaviæ nota pag. 285.
Venetis cessisse nosset, & si Paulus V. pa-
rem cum Sixto V. animi magnitudinem ha-
beret, jamjam Ecclesiæ fulmina vibrasset
in Regem, qui Lutheranis Principibus Ju-
liacum usurpantibus opem & arma suppe-
ditat. Nihilominus Condæus literis ad
Papam datis sat comiter sese excusabat,
quod Romam venire hæsitaret, cum
Hispaniæ Regem offendere pertimesce-
ret, ad quem ex Galliis ea duntaxat ex
caussa configisset, ut sacratissimas con-
nubii leges omnino intemeratas serva-
ret, proin penes ipsum quoque foret,
quid in hac rerum vicissitudine sibi ma-
gis proficuum esset, decidere.

§. XCIX.

Franciæ Regina ritu solemni inau- *gurata.*

Igitur Henricus Franciæ Rex ipsus per
se præsens semper in agmine futurus, Memoir. de
grandem hanc in exterias Germaniæ & Sulli t. 2.
Italiæ terras expeditionem suscipere fe- p. 246. 325.
stinabat, bellici apparatus sui terrore, & seqq.
certæque victoriæ spe totam Domum Hist. de
Austriacam devorans; jam enim septem P. Daniel
Li 3 abhinc l.c. p. 445.

Sæc. XVII. abhinc annis de ineunda aduersus eam
 A. C. 1610. communi omnium Principum Societate
 consilium agitabat, non quidem, ut
 Gramont.
Hist. Gall.
lib. I.
Calmet Hist.
Univers. 151. Austriacam Majestatem penitus everte-
 ret, sed ut illam intra Pyræneos mon-
 tes & solius Austriæ fines circumscr. &
 beret, ablatis Indiis, Bohemiæ & Hun-
 gariæ Regnis. Augebant amplissimas
 Regis spes foedera cum Anglo, & Sab-
 audi Regibus, Principibus Protestan-
 tibus, Venetis, Batavis & Rhetiis inita,
 promissaque armorum auxilia, quibus
 Rex jamjam, quicquid optando com-
 prehenderat, id indubitata sorte pro-
 cessurum credebat. Applaudebat etiam
 novæ felicitatis commento Cardinalis
 Bufalus Papæ Nuntius, spe fatus,
 Neapolis ac Siciliæ Regnum, quod Sa-
 cræ Sedi clientelari jure obnoxium e-
 rat, devictis Austriacis ditioni Eccle-
 siasticæ restitutum iri. Cum autem
 Rex belli, suæque absentiae tempus,
 haud parum brevius quadriennio futu-
 rum præsens sit, nequid interea Regni
 proprii tranquillitas, dum alienis con-
 sultum iret, detrimenti caperet, rei
 Gallicæ summam Mariæ Mediceæ con-
 jugi suæ commisit, ea tamen cautella
 sexus instabilitati adhibita, ut sine Se-
 natorum auctoritate Regia selectorum
 judicio nihil ipsa pro tribunali decerne-
 ret: ne autem hæc talis tam religiose
 circum-

circumscripta dignitas vilesceret, Hen- Sæc. XVII.
ricus unacum solemni ejusdem inaugu- A.C. 1610.
ratione coronam etiam Regiam in sub-
urbana Sancti Dionysii æde Reginæ im-
poni curabat; nec leve hujus propositi
incitamentum erat oratio Patris Gont-
herii Jesuitæ, qui magis eloquens quam
prudens in Ecclesia Sancti Gervasii præ-
sentibus ipso Rege, Proceribus, ac pene
in numero populo ita Henricum alloque-
batur: *Nunquam Majestas vestra Regni sui*
quietem, gloriosum hunc suorum laborum
ac victoriæ fructum, firmare poterit, nisi
cos, qui summum Pontificem velut Anti-
christum proscindunt, exterminaverit: nam
ex hoc iniquo principio necessaria fluit con-
secutio, quod Majestatis vestræ connubium
cum Maria Medicea sit irritum, sit ini-
quum, cum fuerit initum potestate, atque
auctoritate Clementis Papæ, qui, cum juxta
ipos Antichristus sit, nil nisi adulterinam,
aut potius nullam in Ecclesia potestatem ha-
beat. His verbis Rex, cum se ad bel-
lum civile adversus Protestantes inci-
tari, & ab expeditione contra Hispa-
niæ Regem averti crederet, objurgato
acriter Concionatore firmius suo inhæ-
rebat proposito. Igitur Regiæ inaugu-
rationi tertia decima Mensis Maji dies
dicitur, impenditurque; triduo post Rex
populo, Nobilitatique Reginam coro-
nato vertice fulsuram, curruque trium-
phali

Sæc. XVII. phali revehendam Parisiis exhibere co-
A. C. 1610. gitabat, multis magnisque interea im-
pendiis ad pompam illam factis.

§. C.

*Henricus IV. Galliarum Rex a qu-
dam Sicario interfactus.*

*Rigault l. c.
Merc. Gal-
lobelg.
tom. 6. l. 3.
Peregr. Hist.
du Henr. IV.
Serres hist.
Franc.* **D**ies erat decima quarta Maji Divi Bonifacio Sacra, qua Rex arcus triumphales, & potiora quoque urbis ornamenta præfens inspecturus, vespere quarta diei hora curru vehere statuit, comitabantur eum Espernonius, & Mombazonius Duces, necnon Lavardius, Raquelaureus, Laforcius, Mirabelius, & Liencurtius, Duces, septem amici fideique spectatæ comites, salutis que custodes. Currus vero latera, seu projecturas, ut eo commodius pompa adornatae prodigia contemplari posset, Rex aperiri præceperat, mandato tamen Regiae vitæ prorsus ferali, & Regicidæ nimium opportuno. Insuper sibi quoque læva fors tulerat, ut Rex satellites suos equis vectos domum redire juberet, relictis duntaxat pedissequis currum stipantibus: Agebat jussu Regis Auriga currum per plateam Ferroniam, quæ pone Templum Innocentium per angusto patebat procursu, unde accidit, ut, cum duo grandia plaustra

sele